

F. N. 64.
18

1735

Zd
3145

ANTONIO GVILIELMO PLAZIO
VIRO MAGNIFICO
DECANO MERENTI
LAVREAM SAECVLAREM
GRATVLATVR
FACVLTAS MEDICA LIPSIENSIS

LIPSAE A. D. VI. NON. MART. CIOIOCCCLXXV

EX OFFICINA LANGENHEMIA



*Viro Perillustri
Antiquitatis et Poeseos
Indicis Intelligentissimo
Indulgentissimo
Patriso Immortali
L. B. a Fritsch
Principi Optimo et
Indulgentissimo
ab Interioribus Consiliis
C. A. Clodius.
cl. cl.*

ANTONIO GUILLERMO PIANO

CONFERENCIANTE

INSTITUTO VENEZOLANO DE INVESTIGACIONES CIENTÍFICAS

LABORATORIO DE QUÍMICA ANALÍTICA

GUAYAMA

EXAMEN DE GRADUACIÓN

INSTITUTO VENEZOLANO DE INVESTIGACIONES CIENTÍFICAS

LABORATORIO DE QUÍMICA ANALÍTICA



~~Handwritten scribbles~~

Quae satis apta Tuo, Plazi, properemus honori,
Suspensae trepidant quaerere verba manus.

Est Tibi Cecropio facundia sparsa lepore,
Linguaeque, Romanis blandior ingeniis.

Sed Tua rhetoricas artes strepitusque sonoros
Respuit, ingenio non temeranda, fides.

Aptior ipsa dies hymnis, propiorque choreis,
Horret verborum seſquipedale decus.
Carminibus locus eſt: Te, quid pia carmina poſſint,
Integrior iudex quis grauiorque fiet?
Ah quoties trepidum furtis Epidaurius heros
Muſarum ingemuit delituiſſe ſinu.
Ah quoties Iuueni violenta Tragoedia fletus
Exprefſit, lacrumis non dolitura Tuis.
Saepe adeo, infandum! ſpeciem mentita decoram,
Ceruici affluit blanda Thalia pia.
Quid loquimur Iuuenem? Vel nunc Tibi Gratia rider,
Et circumuolitat tempora cana Iocus.
Nunc et odoriferos Elegeia nexa capillos,
Imparibus numeris docta mouere pedes,
Curarum fugat omne genus, turpesque querelas,
Nec patitur frontem dirigiſſe ſenis.
Vel nunc blanditiae, Veneres, Nymphaeque forores
Exhilarant fractum debilitate animum.

Quare age, vel nostris elegos indulge Camoenis,
Mentis et antiquae simplicitatis opus.
Iam decimum celeri trepidat pede currere iustrum,
Horaque, tercenno non reuocanda boue:
Ex quo Deliacis fertis hederaque sequaci
Cinctus purpureum conspicuumque caput
Prodieras adytis Phoebi castaeque Mineruae,
Ingenio soboles non moritura Tuo.
Tum Te nutritum generoso pectus honesto
Protulit, et rarus perpetuusque labor.
Saepius infomnem et confectum membra labore
Oceanum fugiens Lucifer indoluit.
Nocturna Tecum fumosus lampade Plato,
Serus Aristoteles atque Epicurus erat,
Mulcebatque animum mitis sapientia Celsi,
Excutiens medico barbara verba foro.
Nec tempestivae remorantur pocula coenae,
Socraticis salibus quod madet, ingenium.

Explicuit menti templum natura sagaci,
 Claustraque, vulgari non referanda manu.
Hac duce squamigeris celebratas piscibus vndas,
 Neptuni trepidum Nereidumque gregem,
Hac perlustrabas latitantia saecula ferarum,
 Diuitias Calabri, vellera lenta, soli.
Non Te coniugium Zephyri castique hymenaei,
 Oscula purpureae non latuere Deae:
Non quae terra tegit rigidis fluitantia venis
 Aera, nec ambiguis sparfa venena notis.
Ah, quae te rapuit ferri natura cupido,
 O Dea, visceribus non saturanda tuis.
Vsq̄que adeo cerebri latebras, mentisque recessus
 Neruarumque vias pandere dulce fuit?
Tu mollem pietate virum mortalia cogis
 Pectora rimari, sanguine tincta tuo.
Heu vobis male sit Furiae, Terrorque Pauorque,
 Heu fractura pedes, tarda podagra, tibi.

An tot mille modis lethi, tot mille figuris
 Poscere continuam sustinuisstis opem!
Ast ita Cecropiae Divae, cautoque futuri
 Phoebigenae placuit, sic voluere patres,
Ex quo sursum abiit custos geniusque salutis,
 Sub vultu latitans, o Ludouice, tuo.
Sed manes ne laede pios, lacrumosa Camoena,
 Urnaque coeliuagi flet taciturna viri.
Exhilarata iubet ~~tu~~ ^{tu} carmina saeculi / *celebr*
 Pompa, nec ambigua laude receptus honor.
Ecce iterum canos iuuenili fronte capillos
 Lambit Deliaci planta serena Dei!
Quis nostro inuideat lacrimas pietatis amori,
 Dente Theonino quis bona verba premat?
Posce Deum requiem, corpusque fidele senectae,
 Posce animum, factis consiliisque parem.
Tunc, age, laetitiae interpres, fideique ministra
 Musa, nec ingenuo parce decora ioco.

Id 3145. FK.


X 311 7411

Rhenani si forte memor Suecique duelli

Victorem latuit conscia testis ferum;

Impleat indomito spumantia pocula Baccho,

Et frangat lepidum, Te resonante, diem.



MC

F. N. 64.
18

1735

Zd
3145



NIO GVILIELMO PLAZIO

VIRO MAGNIFICO

DECANO MERENTI

REAM SAECVLAREM

GRATVLATVR

ULTAS MEDICA LIPSIENSIS

AE A. D. VI. NON. MART. CIOIOCLXXV

EX OFFICINA LANGENHEMIA



Viro Perillustri
Antiquitatis et Boeoevs
Indicii Intelligentissimo
Indulgentissimo
Patrono immortalis
L. B. a Fritsch
Principi Optime et
Indulgentissimo
ab Interioribus Consiliis
C. A. Clodius.
cl. cl.